

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO X.
ARGUMENTUM.

Exponitur verbum *Transmutatur* positum in definitione Sacrificii; de cuius essentia demonstratur esse Transmutatio, idest interemptio, & destructio Victimæ Oblatæ. Objecta non injucunda proponuntur, & resolvuntur. pag. 21

DECISIO XI.
ARGUMENTUM.

Agitur utrum Martyria sint Sacrificia? & an Sancti Martyres, qui obierunt in odium fidei Victimæ vocari possint, & Hostiæ Deo immolatæ? 23

DECISIO XII.
ARGUMENTUM.

Occasione Verborum, *In loco, & super Alvari solemniter ad hoc deputato*, quæ in definitione sunt posita; agitur de Templis Deo Sacris, in quibus, & non extra, offerenda sunt Sacrificia, plura traduntur in materia Templorum ab origine Mundi usque ad præsens. Et exactè describitur Tabernaculum Moyfis, & Templum Salomonis. Differitur de facultate celebrandi in Orationis privatis, & de extincta Religione Templariorum. 24

DECISIO XIII.
ARGUMENTUM.

Quia in definitione Sacrificii, ultra necessitatem Templi, dicitur esse necessarium etiam ALTARE; agitur de quidditate, & necessitate ALTARIUM ad celebrandam Missam. 34

DECISIO XIV.
ARGUMENTUM.

Exponuntur ultima Verba in definitione Sacrificii posita; scilicet: *Pro remissione peccatorum; necnon pro præsentis, æternæque felicitate populi obrinenda*. Et ostenditur Sacrificium Missæ prodesse ad obtinendam remissionem tum culparum, tum poenarum, & ad consequendas gratias, & favores etiam temporales. 40

DECISIO XV.
ARGUMENTUM.

De Sacrificiis factis in lege Naturæ; & primò de Sacrificiis Adæ, Caini, & Abelis. An Adam sciverit scientiam Cabalificam? Et quid, & quotuplex sit Cabala Hebræorum? pag. 46

DECISIO XVI.
ARGUMENTUM.

De Sacrificio Patriarchæ Noë. Quid significet ejus nomen? Quare Deus susceperit ejus Liturgiæ in odorem suavitatis? Quid importet benedictio eidem à Deo data? Et de his, quæ vel concessa, vel verita fuerint Noë, & posteris ejus, dubia curiosæ. 48

DECISIO XVII.
ARGUMENTUM.

De Sacrificiis Patriarchæ Abrahami, & plura de ejus exitu, de Ur Chaldæorum, descensuque in Ægyptum. De Uxoribus ejus Sara, Agar, & Ceturæ; ac de filiis Ismaele, Isacco, aliiisque. De præcepto Circumcisionis, & an fuerit Sacramentum? De Immolando Isacco. Cujus fuerit major virtus Isaci, vel Abrahamæ circa dictam immolationem? Compendium annorum, & vitæ Abrahami. Dubia quadam de Limbo, nuncupato sinu Abrahamæ. 50

DECISIO XVIII.
ARGUMENTUM.

De Sacrificio Melchisedech Regis Salem; & de his, quæ ejus personam, dignitatem, & figuram concernunt, disputationes plurimæ, non injucundæ. 55

DECISIO XIX.
ARGUMENTUM.

De Sacrificiis, tum Isaci, tum Jacobi ejus filii. De cacitate ejusdem Isaci Patriarchæ; de Primogenituræ privilegii, & an intercesserit Simonia, in cessione ejus facta ab Esau Jacobo? Quando liceat redimere vexationem in beneficiis, & electionibus absque simonia? Et utrum Esau sit damnatus? 58

DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XX.
ARGUMENTUM.

De Sacrificiis patientissimi Jobi, & plura de ejus ortu, vita, atque tentationibus. pag. 60

DECISIO XXI.
ARGUMENTUM.

De Sacrificiis Paganorum, Gentilium, atque Idololatrarum. De initio Idololatriæ, ejusque progressu. An dari possit Idololatria absque peccato? Quot, & qualia Sacrificia profana, horrenda, & impia olim immolarentur Idolis, ac Diabolo? 64

DECISIO XXII.
ARGUMENTUM.

De Clero in lege Moyfis. Cur Deus elegerit pro rebus Sacris potius Levitas, de Tribu Levi, quam Rubenitas, & Tribu Ruben primogeniti Jacobi? De divisione Cleri Levitici; & primùm de Summo Pontifice Aaron, ejusque descenditibus. An Moyfes quoque fuerit Sacerdos, & Pontifex? Quibus Cæremoniis, & Ritibus Aaron fit consecratus? Quo Oleo Sancto unctus? Quibus vestibus indutus? Quæ officia, & quæ prerogativæ Summi Pontificis? & præcipue Annas, & Caiphas; Quæ eorum Potestas judiciaria? Catalogus omnium Pontificum Hebræorum. 69

DECISIO XXIII.
ARGUMENTUM.

De Sacerdotibus Aaronicis, & eorum divisione, in 24. Vices, seu Classes. Qui, & quot essent Principes Sacerdotum? Relatio cujusdam Hebræi, quod CHRISTUS Adolescens fuerit à Senioribus scriptus in numero Principum Sacerdotum. Quibus cæremoniis consecrarentur Sacerdotes Hebræi? Quibus, & quot Vestibus iidem uterentur in Sacrificiis? Vestes CHRISTI cujus coloris essent, & quantæ? Quæ officia, & munia Sacerdotum Aaronicorum? Quo tempore, quæ ætate, quibus requisitis ministrabant in Templo? Cur tecto capite, & nudis pedibus? Quid esset scindere Vestes? Alimenta Pontificum, & Sacerdotum Hebræorum unde desumpta? 75

DECISIO XXIV.
ARGUMENTUM.

De aliis Levitis, Caathitis, Gersonitis, & Meratitibus, qui inserviebant Tabernaculo, ac Templo, & de eorum ministeriis. De urbibus Levitarum, atque eorum agris suburbanis, emptitiis, & votivis. De Nathanaë servis Tabernaculi, & Templi; ac de religiosis sectis Scribarum, Phariseorum, Saducæorum, Nazaræorum, Rechabitarum, Essenorum, Assidæorum, Dositheorum, Hemerobaptistarum, & Herodianorum. Circa quos omnes Origo, Virtutes, ac Vitia demonstrantur. pag. 81

DECISIO XXV.
ARGUMENTUM.

De Prophetis Legis naturæ, Mosaicæ, & Evangelicæ. Quid sit Prophetia? A Quo detur hoc donum, & Quibus? An Dæmones possint revelare futura? Et an cognoscant occultas hominum cogitationes? Quot, & quibus Modis fiant revelationes hominibus tum externæ, tum internæ; tam in somnis, quam in extasi, & raptu? Signa cognoscendi revelationes veras à falsis. Compendiosa relatio sexdecim Prophetarum, de quibus in Sacra Scriptura. Quæ sita plura curiosa circa materiam Prophetiæ. 89

DECISIO XXVI.
ARGUMENTUM.

De Mulieribus Prophetissis, quæ fuerunt tum in Lege naturæ, scilicet Eva, & Rebecca; tum in Lege Mosaicæ, nempe Maria Sorore Moyfis, Debhora, Rahab, Holda, & Anna Matre Samuelis; tum etiam in Lege Evangelicæ, videlicet DEIPARA, Elisabeth ejus cognata, Anna filia Phanuelis, Samaritana, Uxore Pilati, Maria Magdalena, & aliis Sanctis Mulieribus, filiabusque quatuor Philippi Diaconi. Item de Sibyllis, hoc est Virginiibus gentilibus, quæ à Deo dono Prophetiæ ditatæ, Vitam, Mortem, ac Resurrectionem Salvatoris Nostri, ejusque finale judicium vaticinatæ sunt. 101

DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XXVII.

ARGUMENTUM.

De Sacrificiis Hebræorum. De Victimis quadrupedibus, Volucris, & rebus inanimatis, quæ ab eis litabantur. De Holocausto, Hostiis pacificis, & pro peccato, immolationibus, libaminibus, & iuge Sacrificio. De Festis Hebræicis; & de Sacrificiis præscriptis in quocumque die festo. De Sacrificiis secundum varietatem personarum, quarum intuitu offerebantur; & præcipue pro consecratione Sacerdotum, & Nazaræorum; expiatione leproforum, & laborantium legibus immunditatis. De Mulieribus menstruantibus, & de diversitate menstruorum. De Sacrificio Zelotypiæ, Vaccæ Rufæ, & Vitulæ pro homicidio occulto. De Ritibus, ceremoniis, atque causis totius Liturgiæ Legis Mosaicæ. Atque de Sacrificiis pro Defunctis. pag. 107

DECISIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Quodnam sit verum, & proprium Sacrificium in Lege gratiæ? Eucharistia non solum est Sacramentum, sed etiam Sacrificium. CHRISTUS obtulit Corpus, & Sanguinem suum in cæna sub speciebus Panis, & Vini. Utrum etiam seipsum communicaverit? Vocis Missæ multiplex significatio. Oblatio Corporis, & Sanguinis CHRISTI sub speciebus Panis, & Vini in Missa est Sacrificium verum, & proprium in Lege gratiæ. Hæc veritas per annos 1500. à nemine fuit impugnata, nisi à Lutero, Calvino, & aliis hæreticis. Rationes, & fundamenta veritatis Sacrificii Missæ. Apostoli, & ejus Successores semper Missam celebrarunt. Hæreticorum objectiones, & solutiones earum. Sacrificium Crucis est sufficientissimum pro salute omnium; si tamen applicetur per media à Christo instituta; inter quæ unum est Sacrificium Missæ. 116

DECISIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Veritas Sacrificii Missæ comprobatur exacto Apostolorum, necnon Pontificum, & Sacerdotum primi, secundi, tertii, & sequentium sæculorum, qui omnes semper Missam celebrarunt; & in ea Corpus, & Sanguinem JESU CHRISTI sub speciebus Panis, & Vini obtulerunt. Apostoli quando cœperint celebrare? Et quis eorum primus Missam

dixerit? Adhibebant in Missa lumina, & Vestes Sacras. S. Paulus Apostolus, & S. Barnabas ubi, & quando consecrati sint Sacerdotes, & Episcopi? Liturgia quid sit? Et de Liturgiis Apostolorum, ac in specie de Liturgia S. Petri Apostoli, S. Matthæi, S. Marci, S. Jacobi, S. Barnabæ, S. Clementis, ac Sancti Dionysii Arcopagitæ. De Planeta pro Missa donata à Deipara S. Hildefonso Toletano Archiepiscopo, quæ servatur Ovieti. pag. 122

DECISIO XXX.

ARGUMENTUM.

De Victima, & Hostia, quæ immolatur in Missa. CHRISTUS proprie, & principaliter offertur in Sacrificio Missæ. Utrum etiam Suppositum Divinum cum Humanitate ejusdem CHRISTI? Panis, & Vini substantia an habeat rationem Victimæ in Missa? Eritum etiam species Sacramentales? Referuntur Theologorum dicta; & solvuntur objecta. 127

DECISIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Essentia Sacrificii Missæ in qua actione consistat? An in oblatione ante, vel post Consecrationem? vel in ipsa Consecratione, aut fractione, sive sumptione Hostiæ? Tres Sententiæ Theologorum referuntur, quorum aliqui essentiam Sacrificii ponunt in Consecratione; alii in sumptione, alii in utraque simul. Fundamenta, & rationes harum opinionum, & præcipue pro tertia, quæ eligitur. Quid sit Missa sicca? An licita? An audienda de præcepto? Sacerdotes consecrantes in Missa alta voce, an mortaliter peccent. 128

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

Utrum in Sacrificio Missæ, de ejus essentia sit consecrare utramque speciem, Panem scilicet, ac Vinum? Argumenta septem pro negativa, & totidem pro affirmativa. Hujus ratio præcipua quæ sit? Missa numquam celebrata cum una sola specie. Fabulosum, quod Innocentius VIII. concesserit Norvegiis, celebrare sine Vino. Quis fuerit Cleophas vadens in Emmaus, & an ibi Christus consecraverit Eucharistiam? Celebrare cum una sola specie numquam licitum, neque ex dispensatione Papæ. Rubrica Missalis declarata circa plures defectus specierum. 132

DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Celebris Theologorum Controversia, An fructus, seu valor Sacrificii Missæ sit infinitus, vel finitus? breviter, sed clarè examinatur, & resolvitur. Fructus Missæ triplex, generalissimus pro tota Ecclesia Catholica; Medius pro dantibus stipem; & Specialissimus pro celebrante. Utrum una Missa tantum proficit applicata uni, quantum si pluribus applicetur? Omnes cooperantes Sacrificio Missæ magnam fructus partem reportare auctoritatibus, & exemplis comprobatur. Stipendia plura pro una Missa an licite recipiantur? pag. 136

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Utrum fructus Missæ Lautreticus, Satisfactorius, Propitiatorius, & Impetratorius sint separabiles, & independentes à se, itaut in una Missa possint diversis personis, & ad diversos fines applicari? Prædicti fructus an semper dentur infallibiliter ex opere operato? Sacerdotes non celebrantes an graviter peccent? Exempla apparitionum Animarum duarum Purgatorii de anno 1640. & 1658. Es alienum solvendum in hac vita. Pœnalitates jvant mortuos. 142

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Disputatur, An fructus specialissimus Missæ, proprius Sacerdotis celebrantis, possit per eum, accepto stipendio, alteri applicari? Referuntur argumenta pro utraque opinione: & eligitur Affirmativa, quò ad validitatem applicationis: Negativa, quò ad receptionem stipendii, quæ est illicita, & prohibita tum ab Urbano VIII. anno 1626. tum ab Alexandro VII. anno 1659. Avaritiam ab omnibus Ecclesiasticis evitandam esse, auctoritatibus, & exemplis modernis Sacerdotum luentium pœnas in Purgatorio confirmatur. 145

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Agitur de applicatione Sacrificii necessariò faciendi à Celebrante. Circa illam resolvuntur undecim dubia; & docetur, an sufficiat

intentio habitualis? In qua parte Missæ sit facienda applicatio? Antiquorum Diptycha quid essent? Anticipata Missa an dicenda pro eo, qui primùm daturus est stipem? An superior possit applicare Missam Sacerdotis sui subditi? An applicanda Missa pro Sanctis? pro infidelibus? pro catechumenis? pro excommunicatis? pro peccatoribus? Et utrum viventes possint sibi celebrare facere Missas de Requiem? De hoc exempla B. Alberti Magni, & aliorum; præcipue Caroli V. Imp. pag. 149

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

Inquiritur, An sit major fructus Missæ solemnis, quàm Missæ privatæ? Docetur Missam solemnem esse, quæ celebratur cum Ministris, Musica, & Cantu. Exponitur, quid, & quotuplex sit Musica? Quis ejus Auctor? Quo tempore introducta sit in Ecclesia tam Vocalis, quàm Instrumentalis? Organorum usus quando cœperit? Quomodo Organa sonanda? Ubi sint Organa famosa? Musica laudata. Item censurata. Quæ approbata? Gregoriani cantus commendatio. Tonorum Regulæ. An Monialibus Musica expedit? Tandem, majorem esse fructum Missæ solemnem, quàm privatæ tum ex opere operantis, tum ex opere operato rationibus demonstratur. 155

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Disceptatur de obligatione cantandi quotidie unam, vel plures Missas in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis. Usus Missarum Solemnium fuit semper in Ecclesia. Canoniorum origo, & institutum. Quibus horis sint cantandæ Missæ in Choro, & quale ob mysterium? Christus qua hora fuerit Crucifixus? An sit culpa gravis non cantare Missas diebus à Rubrica Missalis præscriptis? An hæc afficiat Regulares? Celebrans an teneatur legere in Missa solemnem, ea quæ cantantur à Choro, vel à Ministris. 163

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Disseritur de tempore, quo licitum est privatis Missas celebrare. Docetur, olim fuisse in usu Missas Nocturnas, & Vespertinas; & Quid sit Missa Præsanctificatorum? Missæ nunc debent esse diurnæ, idest ab Aurora ad Meridiem. Quid, & quotuplex sit Dies? & quid

Index Argumentorum Decisionum.

& quid sit Nox? Varia Horarum computatio ad constituendum diem. Dies Indulgentiæ consequenda quando incipiat, & desinat? Agitur de diebus Naturalibus, Ecclesiasticis, Artificialibus, Intercalaribus, Canicularibus, & Criticis. Quid sit Aurora, & quanto tempore nascatur ante Solem? Casus plurimi, in quibus licet litare ante Auroram, & post Meridiem. De Privilegiis Regularium circa horam celebrandi. Habitantibus sub Polo, habentes diem longissimum per sex Menses, deinde consimilem noctem, quomodo cognoscant Auroram, & Meridiem pag. 166

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Quia Sacrificium Missæ in Ecclesia est offerendum, agitur de Ecclesiarum ædificatione; & de quatuor generibus causarum in ea per Episcopos attendendis. Ecclesia debet respicere ad Orientem, & habere locum separatum mulierum à viris. Ecclesia non est ædificanda sine Dote; (idem de Altaribus) aliis Episcopi, & eorum hæredes tenentur supplere in propriis bonis. Licentia Ordinarii est omnino necessaria pro fabricandis Ecclesiis. Quibus de causis possit erigi nova Parochialis? Regulares sine licentia Papæ novas Ecclesias, & Conventus facere non possunt. Finis ædificandi Ecclesias Divinus cultus; non lucrum temporale. 173

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

Consecrationis Ecclesiarum materia, ad quatuor capita redacta, plenissime explicatur. Et quia Consecratio Ecclesiæ dicitur Encænna, Dedicatio, Inauguratio, & Sacramentum, plures de his vocibus dantur eruditiones, & præcipue de Encænna Judæorum, ac de auguriis Romanorum. Essentialia Consecrationis Ecclesiæ declarantur: persona consecrans, ejus jejuniu, Vigilæ ante SS. Reliquias; ablatio ossium hæreticorum, & infidelium; atque hos inter an sit foetus mortuus in ventre Matris? Utrumvè Materni uteri Sectio sit licita pro salute foetus? Ablutionis parietum, Alphabeti Græci, & in cineribus impressi, Litaniarum, Altaris consecrationis, Crucium unctio, mysticæ causæ, & rationes redduntur; eruditionesque dantur circa litanias Judæorum, & Paganorum, Alphabeti, & eorum litteras numerales, cum pluribus curiosis quæsitis. Tandem exempla Ecclesiarum à cœlitibus miraculose consecrarum indignantur. 179

DECISIO XLII.

ARGUMENTUM.

Quia non omnes Ecclesiæ possunt de facili consecrari, sed solent tantum benedici; idem hic agitur de earum benedictione. Hujus vocis *Benedictionis* variae significationes, & divisiones. Definitio Benedictionis Ecclesiasticæ, & explicatio Rituum ejus, quorum præcipuum signum *Crucis*, de quo plures Theologica, & Historica eruditiones. De exorcismis in res inanimatas, & animalia nociva. De Enfalms. De fructu benedictionum SS. Virorum. De benedictionibus Rosæ aureæ, & Agnorum Dei cereorum, quas facit Papa. De aliis spectantibus ad Cardinales, ad Episcopos, ad Parochos, ad Abbatas, & ad Prælatos Regulares. De Parentum in filios benedictione, & maledictione. Tandem de necessariis ad benedicendas Ecclesias, Oratoria, & Cœmeteria, de quibus omnibus quæstiones plures Canonica, & Legales, utiles, & curiosæ. pag. 189

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Ornamentis Ecclesiarum, & Altarium, quæ sunt Ecclesiastica, Regalia, Moralia, & Legalia. Prima nempe Ecclesiastica sunt Mappa, Pallia, Crux, Candelabra, Lucernæ, & alia prout in Rubrica Missalis, circa quæ variae difficultates solvuntur, & eruditiones dantur, præcipue circa Lucernas perpetuas, & inextinguibiles antiquorum. Regalia ornamenta sunt donationes Principum. De his Historiæ plures, illaque donationis Constantini Imperatoris. Moralia sunt devotio, & reverentia plebis in Ecclesia. De his multa scitu digna; & de Diaconisfarum officio. Legalia tandem ornamenta Immunitas loci Sacri. Agitur de Jure Asyli pro confugientibus ad Ecclesiam juxta Bullam Gregorii XIV. 199

DECISIO XLIV.

ARGUMENTUM.

Declaratur, ad quos spectet provisio ornamentorum Ecclesiæ, vel Altaris? An ad Rectorem, vel Capellanum? aut ad populum? Regulæ octo, juxta quas decidenda difficultates circa reparationem Ecclesiarum, & Altarium, Cœmeterii, Campanarum, Domus Parochialis, necnon quorumcumque Ornamentorum Ecclesiasticorum? 208 DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XLV.

ARGUMENTUM.

Quia ad convocandum populum ad Sacrificium opusest Campanili, & Campanis, de his igitur historicæ, mysticæ, legaliter, & supernaturaliter. De Turri Babel, & David, de Pyramidibus, & Campanilibus famosis. Describitur de origine Campanarum tum apud Gentiles, tum apud Christianos. Turca Campanas abhorrent. Exponuntur mysticæ significationes Campanarum. Tractatur de Horologiis solaribus, aqueis, & cum rotis. De eorum initio, usu, & commodo. De trina pulsatione ad salutationem Angelicam, & de ejus Indulgentia plenaria. Campanarum pulsandarum finis, tempus, numerus, & ministri. Quis teneatur ad expensas, & salarium pro Campanis? Utilitates ex sonitu Campanarum. Aliqua miraculosa Campanæ. Dux maxima molis, *Ersoldensis*, & *Pekimensis*. pag. 210

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Quia non licet Sacrificium Missæ peragere in Ecclesia profanata, violata, seu polluta: agitur de Ecclesiarum profanatione, violatione, & pollutione. Docetur, quid sit Pollutio Ecclesiæ, Quæ loca sint pollutionis capacia? Quæ actiones Ecclesiam polluant? & latè descriptur de homicidio facto in Ecclesia, de effusione sanguinis, & feminis humani, & de sepultura infidelium, atque excommunicatorum. Declarantur effectus pollutionis, & quæ functiones sint prohibita in Ecclesia polluta? Reconciliare Ecclesias pollutas quis possit? Quidquid dispunt DD. de Ecclesiis pollutis, hic recensetur, additis historiis, & eruditionibus multis. 219

DECISIO XLVII.

ARGUMENTUM.

Post ornatum Altarium, & Ecclesiarum, agitur de Sacerdotum ornamentis, quæ triplicia sunt, Interiora, Exteriora, & Mystica. Ornatus interior Sacerdotis stat in conscientia pura, sobrietate, & castitate. Cur, & quando Uxores prohibita Ministris Sacris? Milites in castris an expediat, ut habeant uxores secum? Rationes tam contra, quam ad favorem coelibatus Sacerdotum. Quare Græci habeant Uxores, & ex quo tempore? Exempla Ministrorum Altaris inconti-

nentium punitorum. Cautelæ tres pro servanda castitate. Lapsus Virorum Sanctorum ob familiaritatem cum mulieribus. Eruditiones, & monitiones plurimæ pro hoc interiori ornatu Sacerdotum. pag. 228

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

De Tonfura Clericali, quæ est ornamentum exterius Sacerdotum, agitur in hac Decisione. Ostenditur in quibus consistat, quibusve de causis sit introducta? Ejus antiquitas, & privilegia. Sacerdotes in tonsa mortaliter peccant. De usu tonfuræ apud Hebræos, Græcos, Romanos, & Ecclesiasticos Latinos, ac Græcos. Quid de Barba antiquarum nationum, & ministrorum utriusque Ecclesiæ Græcæ, & Latine? Plures eruditiones de Barba, & exempla non injucunda de mulieribus barbatis. 232

DECISIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Agitur de alia parte Ecclesiasticæ Tonfuræ, consistentis in Habitu ad formam Sacrorum Canonum. Tres conditiones Vestis Clericalis, ut sit Talaris, Nigri coloris, & Lanea. Plura de origine, & usu Vestis Talaris. De colore albo, ac violaceo ejusdem; atque de prohibitione Vestium ferucarum. Sex accessoria habitus Clericalis, Zona, Collaria, Manica, Calci, Pileus, & Annulus, quæ omnia quomodo Clerici deferre possint? Annulorum plures usus, & mysteria, præcipue in conjugis, & Sigillis. Papæ Sigilla tria; Annulus Piscatorius, Plumbeum, & subscriptio cum aliquo versu Sacræ Scripturæ. Digitorum nomina, & cur in quarto digito Annulus ponatur? De Annulis sponsalitiis S. Annæ, ac Deiparæ. Quibus Ecclesiasticis licitus sit Annulus aureus, & quibus prohibitus? Quid sit vestis dicta Birrus? Qui infanti olim Lectores? Et cur Regularibus detur habitus solemniter ritu, non etiam Clericis sæcularibus, & laici sepeliuntur induti habitu Regulari Sancti Francisci? 137

DECISIO L.

ARGUMENTUM.

Mysticum ornatum, quo Sacerdos litaturus indutus esse debet, continet præfens Decisio: & est, recitare Matutinum cum Laudibus ante celebrationem, ac Sacras Vestes indue-

Index Argumentorum Decisionum.

induere. Mortale esse non recitare Matutinum, ac Laudes ante Missam, (iusta causa cessante) iuribus, atque rationibus contra Noeticos probatur, ad mentem antiquorum Doctorum. Sacrarum vestium numerus, nomina, mytheria, usulque necessarius in Sacrificio ostenditur. Pilcolus, ac Peru-

cha celebrantibus Missam proscripti. Color in Vestibus Sacris servandus iuxta Rubricas. Clerici sepeliendi cum Vestibus sacris suorum ordinum. Calix ad manus Sacerdotis mortui non ponendus; vestes lugubres, vulgo di *Scoruzzo* à Clericis in morte parentum non induenda. pag. 243



DE



DE SACROSANCTO MISSÆ SACRIFICIO.

DECISIO I. ARGUMENTUM.

Agitur de Etymologia Sacrificii, & de multiplici ejusdem Denominatione. Voces Litare, Litaniz, ac Liturgiæ unde dicantur.

SUMMARIUM.

- 1 Etymologia hujus Vocis Sacrificium?
- 2 Sacrificii multiplex denominatio.
- 3 Litare unde dicatur?
- 4 Litaniz quare sic vocentur?
- 5 Liturgia quid significet?
- 6 Oblatio differt à Sacrificio?
- 7 Sacrificium cur dicatur Mysterium, atque Sacramentum.

Actum est anno proxime præterito de Sacrosancto EUCHARISTIÆ Sacramento; In præfenti agendum est de eadem, quatenus est Sacrificium; ideòque primum Quæsitum propositum per me Parochis, Confessariis, & aliis studiosis hujus Patavinæ Dioceseos expetivit Etymologiam, ac variam Sacrificii Denominationem. Pro responsione dictum fuit, quòd Etymologia hujus vocis Sacrificium appellatur quasi *Sacrum factum*. Meichior Canus de locis Theol. libr. 12. cap. 13. Vers. illud deinde: ubi advertit; non omne opus Sacrum esse Sacrificium, quamvis è contra omne Sacrificium sit facrum opus; nam omnia Sacramenta sunt opera sacra, & nihilominus non sunt Sacrificia. Porro Sacrificii multiplex est denominatio; solet enim dici *Mañatio, Immolatio, Libatio, Litanio, Oblatio, Mysterium, atque Sacramentum*. Sacrificium per *Mañationem* erat, quando Victimam occidebatur. Per *Immolationem*, quando res inanimitis, & solida frangebatur, disgregabatur, aut comburebatur, ut panis, manipulus Spicarum, thus, & similia. Per *Libationem*, dum liquida effundebantur, ut aqua, vinum, oleum. Per *Litanionem* quando omnia prædicta fiebant adjunctis precibus ad placandum Numen; dicitur enim *litare* quasi *litare* à verbo *luo*, quod est *solvere*; nam qui solvit debitum, placat creditorem. Vostius in Etymolog. lingue Latine. Verb. *litare*. Vel quasi *Precatio* *litaniz*, quod est supplicare; unde Litaniz dicuntur supplices. Non autem hinc deducitur Liturgia, quæ significat munus publicum; licet hoc nomine utantur Patres pro EUCHARISTIA, ac Sacrificio Missæ demonstrando, quia mysticè deducitur ex ea voce Liturgia, cum Sacrificium sit quid publicum, & institutum publica auctoritate, ut infra demonstrabitur. Vostius ibidem, & Magr. in Hierolex. Verb. Litur- De Sacrificio Missæ.

gia. Pari modo *Oblatio* tamquam nomen genericum denotat Sacrificium; quia omne Sacrificium est oblatio; sed non è contra; dantur enim plures oblationes Deo factæ, quæ non sunt sacrificia, ob non confessionem, seu immutationem rerum oblatarum; de quibus non multò post loquemur. Tandem Sacrificium appellatur etiam *Mysterium*, atque *Sacramentum*; quia secretum continet, & significat aliquid sanctè accipiendum. cap. Multi secularium. 1. qu. 1. quod notat etiam Emin. Card. de Lauræa in Epitome Canon. in verb. Sacrificium.

DECISIO II. ARGUMENTUM.

Differitur de duplici Sacrificii acceptione, & de decem generibus Sacrificiorum metaphorice nominatorum.

SUMMARIUM.

- 1 Sacrificium dupliciter sumitur; propriè, & translative.
- 2 Sacrificiorum metaphorice decem genera.

Plares autem in hoc Clero doctissimi scripserunt, quòd Sacrificium dupliciter sumitur, propriè, & translative. Primo modo, cum res oblata Deo immutatur; secundo modo, cum aliquid Deo gratum exercetur, quod per allegoriam, & translationem dicitur Sacrificium. Canus *diff. lib. 12. cap. 13. Vers. Illud deinde*. Et Collegium Salmanticens. tom. 10. De Sacram. in genere tract. 5. cap. 1. num. 1. Et in hoc allegorico, & metaphorico sensu S. Jo. Chryostom. Commentar. in Psal. 95. ponit decem sequentia genera Sacrificiorum; videlicet; Imitationem Christi, juxta illud Pauli Apostoli: *Esote imitatores Dei sicut filii charissimi, & ambulatores in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis*. Ephes. 5. 1. II. Mortificationem carnis, de qua idem Apostolus ad Rom. 12. 1. *Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*. III. Orationem, de qua sic loquitur Regius Psaltes in Psal. 149. 2. *Dirigatur oratio mea sicut sacrificium vespertinum*. IV. Laudem divinam, quam canunt Levitæ in Templis. *Immola Deo Sacrificium laudis*. Psal. 49. 14. Et Psal. 106. 22. *Et Sacrificient sacrificium laudis*. V. Rectitudinem in operando cum iustitia. Tunc acceptabis Sacrificium justitiæ.